



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De Eucharistia inueterata. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDL. EPIS. VVORMAC.

& linteamina quæ tetigerunt stillâ tribus minister abluc  
vicibus, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur, &  
iuxta altare recondatur.

*De illo qui euomit sacrificium, & à canibus consu-  
mitur. Cap. XLVIII.*

*Ex pœni-  
tentiali  
Theodo.*

**Q**Vi euomuerit sacrificium & à canibus consumitur,  
annum vnum pœniteat: si autem, quadraginta dies  
pœniteat. Si in die quando communicauerit sa-  
crificium euomuerit, si ante medianam noctem, tres super-  
positiones faciat. Si post medianam noctem, duas. Si post  
Matutinas, vnam.

*De eadem re. Caput XLIX.*

*Ex pœni-  
tentiali  
Romano.* **S**i verò sacrificium euomuerit, quadraginta dies pœni-  
teat. Si infirmitatis causa, septem dies: Si in ignem  
proiicit, centum Psalmos cantet: si verò canes lambuerint  
talem vomitum, centum dies qui euomit, pœniteat.

*De Eucharistia inueterata. Cap. L.*

*Ex cōcil.  
Aureliā.  
cap. 5.*

*Ex eode  
cap. 6.*

**Q**Mne sacrificium sordida vetustate perditum, igne  
comburendum est, & cinis iuxta altare sepeliendus.

*De illis qui non bene custodierint corpus & sangu-  
inem domini. Caput LI.*

**Q**Vi non bene custodierit sacrificium, & mus, vel ali-  
quod aliud animal comederit illud, quadraginta  
dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in  
Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit,  
XX. dies pœniteat. Perfundens aliquid super altare de  
calice quando offertur, VI. dies pœniteat, aut si abundan-  
tius, VII. dies pœniteat. Qui autem perfundit calicem  
dum solennitas Missæ celebratur, XL. dies pœniteat. Si  
verò celebrata Missa presbyter neglexerit accipere sa-  
crificium, similiter XL. dies pœniteat, & qui acceperit sa-  
crificium pollutus nocturno tempore, VII. dies. Diaconus  
obliuiscens oblationem offerre donec offeratur linte-  
men, quando recitantur nomina paucantium, similiter  
pœniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, ut  
vermibus consumptum ad nihilum deuenerit, III. qua-